

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas o  
cum fonte primo

Magno animo de rebus magnis  
iudicandum est.

Fortunator est qui omnia  
rerum diuersarum onera rigida ceruice  
sustollit, eo qui supra fortunam  
extat. Non mirum est in tranquillitate  
non concuti; illud mirare, ibi extolli  
aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare  
ubi omnes iacent.

Ibidem (Seneca XL. epistola).

Magno animo de rebus magnis  
iudicandum est; alioqui videbitur illarum  
vitium esse quod nostrum est. Sic  
quaedam rectissima, cum in aquam  
demissa sunt, speciem curvi  
prae fractique visentibus reddunt. Non  
tantum quid videas, sed quemadmodum,  
refert: animus noster ad vera  
perspicienda caligat. Da mihi  
adulescentem incorruptum et ingenio  
vegetum: dicet  
fortunatiorem sibi videri qui omnia  
rerum adversarum onera rigida ceruice  
sustollat, qui supra fortunam  
extet. Non est mirum in tranquillitate  
non concuti: illud mirare, ibi extolli  
aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare  
ubi omnes iacent.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 71, 24-25 (L.  
Reynolds ed., vol.1, p.215, ll.2-12).